



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

928. Qvandonam unio dicatur sortita surum effectum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

2. Respondeo ad secundum quodcumque affirmati-
vè. *Peris de regn. l. 2. q. 3. n. 61.* ubi : *unio non po-
set fieri de aliquo beneficio, nisi facta mentione sit.* De
quo vide plura supra; ubi : *de unione beneficiorum li-
tigiosorum.*

*Questio 926. An unio fieri possit verbo vel
facto?*

Respondeo negativè, sed debere fieri scripto.
Cast. op. cit. p. 12. §. 4. n. 3. Corrad. *pr. benef.*
l. 4. c. 8. n. 42. ubi : *anio debet fieri non solum verbo,
sed authenticis scripturis, quibus clare probetur dicta
unio, citat pro hoc Maſcard. de probat. concl. 587. n. 1.*
& Rotsam in Thean. benef. 20. Maij. 1587. Garc. cit.
c. 2. n. 226. citans Zerol. in *pr. p. 1. v. unio* §. 8. qui
etiam dicat, quid si verbo, vel facto unirentur be-
neficia, conferentur ea unita iure vacare; & sic
accidisse Beneventi, ubi quādam beneficia erant
unita Seminario solo verbo & facto, & sic unita
per multos annos sterantur, quod cognoscens
Nuicius Apostolicus, tulit sententiam, quā dictas
uniones irritavit, & damnavit Seminarium hoc ad
magnam pecunia quantitatē pro fructibus in-
terea perceptis. Ait etiam Corrad. *loc. cit. n. 20.*
uniones non esse oscitantes faciendas; hinc in De-
creto, seu Instrumento unionis, ad excludendam
fraudis suspicionem, opīmūm esse, admibere testes,
qui non sint ipsius Episcopi unientis familiares,
aut domestici; & occurrente deī eorundem be-
neficiorum unitorum vacatione in mensē reservato,
Episcopus de hujusmodi unione à se facta, &
vacatione certam reddat Datariam, transmitten-
do ei scripturas unionem concernentes, quibus
examinitis, si ex illis appareat, unionem fuisse va-
lidam, rejicit supplicationes Papæ porrectas pro
imperatōne illorum beneficiorum unitorum; si
verò aliqua ex scripturis unionis suspicio oriatur,
per quam deprehendatur ejus nullitas, beneficia
sic nulliter unita conferuntur à Papa.

*Questio 927. An, & cur recurratur ad Pa-
pam pro unione facienda?*

Respondeo: Recurri non tantum ad Papam in
casibus, in quibus ipsius præcise auctoritas re-
quiritur; Verum etiam, ubi de illis factis ab Ordinario,
ad illas uniones faciendas forte non instru-
cto sufficie potestate, in futurum dubitari pos-
set. Sic namque nonnullas alias quoque concessio-
nes videmus à Papa confirmari, ut ita non modò
suppleatur defectus solemnitatis, qui in ipsa prima
concessione potuit intervenisse, sed etiam ad cau-
telam, ac pro maiore actus subsistentiā, ut Abb.
conf. 41. n. 3. Gabriel *conf. 82. n. 2. l. 2.* dum etiam,
Cavaler. *Decis. 292. n. 3. & 4.* quando contractus
ex confirmatione Superioris validantur, etiam,
quod ab initio nulli fuisse, sustinuerit in vim
nova concessionis, & sic Papa, dum confirmat
concessiones inferiorum propter superioritatem,
& eminentem potentiam semper aliquid roboris
adjicit priori concessioni. Ita fere Corrad. *pr. benef.*
l. 2. c. 3. n. 93. & 94. ubi etiam ait, confirmationes
à Dataria lapidissime emanatas super inferiorum
concessionibus tres potissimum effectus operari.
Primum, quod majorem ipsi facto præsent au-
toritatem. Secundum, si quid invalidum, supplea-
tur ejus defectus. Tertium, quod sine Papa
licentia non possit retractari, quod ipse
confirmavit.

PARAGRAPHVS IV

De effectuatione, & probatione unionis.

*Questio 928. Quandam unio dicatur so-
rita suum effectum?*

Respondeo primò juxta ea, quæ suprà; ob-
jectum de unione reservatorum, dicta sunt
ex Lott. l. 1. q. 28. n. 191. aliud nimis est effec-
tuationem unionis, seu unionem esse sortitam
effectum, quoad perfectionem suam intrinsecam,
seu quoad esse, & essentiam suam; quæ effectus
seu perfectio ejus intrinseca datur mox, ac uno
facta est juxta formam à iure & Trident. prescri-
ptam, etiā de cetero beneficium unitum ab ante
quo possellore perget possideri tanquam verus ti-
tulus beneficialis. Aliam verò esse executionem
unionis, seu effectuationem illius quoad execu-
tionem, seu quoad inducendo actu effectus illius.

2. Respondeo secundò, loquendo nunc de effec-
tuatione hac unionis quoad executionem illius;
de hac enim effectuatione sermo est, dum quatuor
num unio sortita sit effectum ad hoc, ut non
detur locus revocationi, de qua in *Regula 12. Can-*
cell. & in Trid. sess. 7. c. 6. Unio facta, etiam au-
toritate Papæ, seu ab ipso Papa, vivente adhuc
Rector beneſicii non dicitur effectum suum sortita,
nisi post mortem dicti Rectoři; quia cense-
tur facta sine illius præjudicio. *Pith. ad rit. de pri-
vileg. n. 35.* hinc antequam vacet dictum beneſi-
cium per cessum vel deceſsum dicti Rectoři *Garc.*
p. 12. c. 2. n. 97. *Castrop. de benef. d. 6. p. 12. §. 4.*
n. 2. citantes *Mandos. ad reg. 12. Cancell. q. 5. n. 2.*

3. Respondeo tertio: Unio facta tam de bene-
ſicio vacante, quam de beneficio pleno, in ordine
ad effectum dispositionis Trident. *loc. cit.* (ubi da-
tur facultas Ordinarii visitandi, & examinandi
uniones factas à 40. annis citra, quæ non sunt effe-
ctuata) & ad effectum *Regula 12. Cancell. revoca-*
tio ſunionum, non sortitarum ſuum effectum, tum prius,
& non ante censetur, & dicitur sortita ſuum effec-
tum, quando vigore illius unionis capta est posſeſ-
ſio beneficii uniti vacantis, *Ventrigh. 10. 2. anno.*
8. §. 2. n. 30. citans *Riccius. in pr. p. 1. refol. 386.*
per tot. editione ult. *Castrop. loc. cit. Garc. loc. cit.*
n. 281. & seq. citans pro hoc *Mandos. ubi ante. n. 3.*
Hojud. *de incamp. p. 2. c. 3. n. 21.* *Glosat. antiqu. in*
dicā Reg. revocatoriā. n. 5. qui etiam dicit, ema-
nasse quandam Extrav. Martini V. quæ declareret
illam regulam, in quantum dicit, nih sortita ſunt
effectum, scilicet quando non est ſecuta posſeſſio.
Chok. ad eand. reg. n. 21. *Lott. p. 1. q. 29. n. 27.* qui
tamen diſtinguit, ita, ut id admittat in unionē
qua sit prioris tituli extinctiva; in implici vero
dismembratione fructuum intacta substantia tituli
dicit diſcordantem contrarium. Limitat etiam repon-
ſionem *Glosat. antiqu. loc. cit.* nif sterit per illum,
in cuius favorem facta unio, quod minus cepit
posſeſſionem; eo quod v. g. diſferat capere posſeſſionem,
explicando pinguis beneficium; quia
dolus & fraus ſuffragari non debent. Secus est, si
voluſiſſet capere posſeſſionem, & pro ea capienda
fecifer, quod & in quantum in eis fuſſet, *Garc.*
loc. cit. n. 193.

4. Respondeo quartò: Non tamen requiri-

ut possessio capta sit fructuosa, sive ut fructus uniti beneficii percipiatur, sed ante eorum perceptio-
nem sortita dicitus unio effectum. Castr. loc. cit.
Corrad. cit. n. 30, fundo n. 31. Garc. loc. cit. n. 290.
citans Practicab. Rota, eadem union, in fine. & Decis. Rota
in Perusin. benef. 1. April. 1596. in qua resolutum,
quod unio facta de Ecclesia, seu beneficio de licen-
tia beneficiati reservantis sibi fructus, statim sorti-
tur effectum capta possessione ante fructuum
perceptionem, ita ut non revocetur per Regulam
Cancell. revocatoriam superveniētem durante
ad huc reservatione fructuum. Contra Mandos. loc.
cit. n. 3. & Rot. in Tolean. benef. 20. Nov. 1592.

5. Respondeo quinto: Num vero sufficiat pos-
sessio litigiosa, an requiratur pacifica, non con-
venit inter AA. Primum affirma. Garc. loc. cit.
n. 292. secundum tener Castr. loc. cit. et quod,
ut ait, possessio litigiosa vera possessio non sit, nec
ius concedat percipiendi fructus: adeoque dum
jus & Regula Cauell. ad hoc, ne uniones revocari
possint, requirit, ut effectum sortita sint, loquitur
de vero effectu.

**Quaestio 929. An. & qualiter unio facta
presumatur validas.**

1. Respondeo primo: Unionis facta validitas
in dubium revocari non potest post lapsum
temporis immemorialis, quo fuit observata. Tond.
q. benef. p. 3, c. 136, n. 2.

2. Respondeo secundo: Praesumptio unionis
resultat a longissima observantia. Card. de Luca
de Paroch. d. 37. n. 8. Unionem factam ab Episcopo
esse de consensu Capituli, etiam dum in unione
non enunciatur hic consensus, presumitur ex di-
turnitate temporis. Mascard. de probat. concl. 387.
v. 4. & concl. 1322. n. 9. cum Decio, Tirraq. & aliis
apud Garc. cit. c. 2, n. 178. Et sic intervenisse di-
cunt consensum, aliasque solemnitates, adeoque
validè factam esse, ex dicta temporis diurnitate
presumti, tradit Hojeda de incomp. p. 2, c. 3, n. 9.
apud eundem Garc. in fine cit. n. 178.

3. Respondeo tertio: consensum Capituli,
etiam in unione non enunciatum, aliasque solem-
nitates ad unione, vel actum alium requisitas in-
tervenisse in unione, aliòve actu, adeoque unio-
nem, aliòve actu validum, recte presumitur
ex lapso, non solum centum aut quadraginta
annorum, ut Tond. cit. c. 156. n. 9, sed & triginta
annorum (non tamen minoris temporis) cum pos-
sessione & observantia unionis, alteriusve actus
per totum illud tempus continuata. Garc. loc. cit.
n. 178. citans prater Nav. conj. 38, n. 7. de sent. ex-
com. Menoch. de success. resolut. §. 5. n. 38. Caſſad.
Decis. 3. de Procurat. Eman. Sa. v. solemnitatis antiquo
actu. Felin. in c. Albericus. n. 4. de refib. & in c. illud
de praescrip. n. 8. Alciat. de praesump. Reg. 3. praesumpt.
10. n. 7. Balbum. de praescrip. p. 3. p. 1. q. 10. n. 10.
Aymon. de antiqu. temp. p. 3. f. 1. a. n. 6. Menoch.
de praesump. l. 2. praesump. 7. n. 24. Simoncell. de
Decretis. l. 3. rit. 7. n. 34. & alios docentes, quod
quando agitur de gravi praedictio alterius, praesum-
matur solemnitas non enunciata ex lapso non
minoris temporis, quam triginta annorum, & quos
intelligendos ait Garc. cum dicta limitatione, ni-
minimus possessionis, & observantie continuata
toto illo tempore: traditique id ipsum Card. de
Luca de Paroch. d. 35. n. 11. dum ait: omnes isti deſer-
tus (intellige consensus, aliarumque solemnitatum)
remanent sanati à longissima pacifica observantia; si

enim in terminis vere alienationis requirentis necessariò
beneplacitum apostolicum, receptum est, sufficiere obser-
vantiam tricentalem, multò magis intrat presumptione
in hujusmodi minoribus solemnitatibus (intellige) requi-
situm ad unione. Stabilitate id ipsum pluribus
Rota Decis. Garc. cit. n. 179. contra Alex. conf. 219.
n. 13. & 22. & seq. & alios apud Garc. n. 178. volen-
tes ad talem presumptionem sufficere tempus lon-
gum decem annorum, si concurrat possessio & ob-
servantia unionis cum scientia & patientia adver-
sarii. Item contra Aymon. Simoncell. Menoch.
ll. cit. apud Garc. cit. n. 179. in quantum volunt,
etiam sine possessione sufficere illos triginta an-
nos. Item contra Flores de Mena q. 23. n. 94. &
95. apud Garc. n. 186. in quantum docet, solemni-
tatem necessariam eriam enunciata in scriptura,
de qua non constat in scriptura separata, vel de
qua Tabellio fidem non facit in rebus Minorum,
Ecclesiasticis, & aliorum, que sine solemnitate alien-
ari non possunt, non presumi, etiam si possessio
tricentalis, vel quadragenalis sit, nisi possessio reo-
rum sit admodum antiqua, & immemorialis, vel
centenaria, aut magis & minus, & dummodo, si
non est ultra centum annos, fama tituli, aut alia
indicia arbitrio Judicis relinquenda concurrant.
Neque constitutandam esse differentiam (quam ta-
men communiter constitutum DD. alii) inter ti-
tulum & solemnitatem necessariam & essentiale
presumendam; sed ad illam presumendam non
minorem probacionem, aut minores conjecturas,
quam ad presumptionem tituli requiri.

4. Limitat ramen eriam responsionem ipse
Garc. n. 188. ita ut presumptioni dicta locus non
sit, ubi ex instrumento apparet contrarium, nempe
non intervenisse solemnitatem in unione actuve
alio alias requisitam: pro quo citat Aymon. loc.
cit. limit. 7. n. 27. Surd. de alment. iit. 8. privileg. 22.
n. 10. Mieres de Majorat. p. 4. q. 20. n. 28. Item De-
cisions aliquot Rota, in quibus resolutum, quod,
dum ex instrumento constat, solemnitates non esse
servatas, cellet presumptione, qua alias ex lapsu
temporis oriri potuerit, ut Paul. conf. 81. l. 2. Alex.
conf. 1. l. 4. Gabriel concl. 1. de praesump. n. 57. Et
juxta hanc intelligendum illud, quod post quad-
cumque temporis lapsum de nullitate unionis op-
poni posit, nempe ut locum habeat, si ex inspec-
tione actorum constaret consensum, aut interesse
habentium in ea non intervenisse, vel alia requisita
in ea deficerent. Tond. loc. cit. n. 7.

**Quaestio 930. An. & quanto tempore pre-
scribatur unio?**

1. Respondeo primo: Posse prescribi. Garc.
p. 12. c. 2. n. 231. citans Pet. de Perus. de union.
c. 4. n. 31. & 32. contra Hoffensi. in c. quoniam. de
vita & honest. Clericor. apud Garc. n. 230. dicentes,
nulla temporis diurnitate induci unionem. Item
contra Boer. Decis. 345. n. 6. & Caſſad. apud Garc.
ibidem docentes, solum tempus quadraginta annorum
sufficere ad presumptive probandam unionem.
Supponuntque id ceteri fere AA. dum quærunt,
quanto tempore prescribatur. Hinc

2. Respondeo secundo: In prescribenda unio-
ne requiritur vel quadragenaria (intellige ef-
fectuatio & observantia unionis, seu possessio, qua
beneficium tale sine collatione tanquam unitum
possessum fuit) cum titulo, intellige, ut etiam suf-
ficiat coloratus, seu putativus, dans causam pre-
scribendi, ut Garc. cit. n. 231. & ex eo Tond. loco
pauid